



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorum|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. LXVI. Reticentia. Veritatis Occultatio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

Colono. l. 12. ubi gloss. de vi armat. & aliis passim, ordine recenlet Joh. Breiger. in disput. inaugural. de retentione, per tot.

VII.

Retentio rei propria, cujus plenum habeo dominium, est nulla, l. in remandata 21. C. de mandat. l. sed est 25. §. consuluit 11. de perit. hered. quia quod semel meum est, amplius meum fieri non potest, §. sed si rem. 10. Inst. de legat. arg. l. uti frui 5. si usufruct. petatur.

IX.

Retinere non debet sibi aliquis, quod alii necesse habet dare. cap. ad aures 3. extr. de excess. Prelat. siquidem retinere nitens non suum, suo privatur. cap. de multa 28. in princ. extr. de prebend. & dignit.

An retineri possit depositum, vide Depositum.

CAP. LXVI.

Retentia. Veritatis Occultatio.

Retentia pœna, daß man einem verkaufften Gute keine Beschwerde oder Schaden verschweigen soll / major est quam mendacii, vid. C. I. A. thes. 19. de adit. edict. v. c. si venditor, sciens patiatu rueret emtorem, & per errorem in maximam fraudem incurrere: quo pertinet locus ille Ciceronis 3. offic. ubi ait: Nam cum ex L. XII. Tabul. satis esset ea præitari, quæ essent lingua nuncupata, quam qui inficiatus esset, dupliciter pœnam subiret; à scitis etiam retentia pœna est constituta. Qui enim mentitus est in modo agri venditi, vel in quantitate tributum, quod venditus fundus debuit publico, non tenetur in id omne, quod emtoris interest, sed tantum, quanto minoris, l. si minor 9. C. de act. emt. qui autem reticuit modum, vel pondus rei venditæ, vel tributum, cui obnoxia res vendita est, tenetur in omne id, quod emtoris interest, l. 13. de act. emt. simili modo qui mentitus est de artificio vel peculio servi à se venditi, tenetur duntaxat quanti minoris: qui autem sciens reticuit servum fugitivum esse vel morbosum, tenetur omnino quanti emtoris interfuit non decipi, Cujac. ad d. l. 13. in pr. & §. 6. de action. emt. in recit. pag. 842. quod tamen non perpetuum, quandoque enim retentiam non nocere, textus est in l. 48. §. 1. de furt. vid. & 2. Feud. 26. §. Vasallus. & Anton. Gothofr. disp. ii. th. 3.

CAP. LXVII.

Retorsio.

Axioma I.

Retorsio species defensionis, quæ nunquam locum habet, si non offensio præcellerit, arg. l. cum in eo 44. sub fin. ff. de pact. l. 59. ff. de admin. tutor. Carpov. P. 3. Constit. 38. Defin. 8. num. 5. Siquidem nemo gravari, nec jussu indignari dicitur, qui patiatu tela in se retorqueri, quæ ipse torserit, l. ii. ff. quod quisque jur. stat. Nam dicere ut servetur edictum, quod quisque

juris statuerit in alium, &c. nihil aliud est dicere, quam ut servetur æqualitas, Matth. de Afflict. ad cap. i. num. 17. de consuetud. rect. feud. Quis igitur ausit jus retorsionis autoritate Legum destitui, quæ certè jubent, ut idem jus in se statui patiatu, quod in alios statuit, l. cum in eo 44. sub fin. ff. de pact. l. cum hereditas 59. ff. de admin. tutor. l. alius 15. ff. si servit. vindic. l. frater à fratre 38. vers. porro eum. ff. de condit. indeb. l. vindicantem 17. ff. de evict. adde ex jure divino pariter, Matth. 17. v. 12. Luc. 6. v. 31. ex Canonico cap. justum 2. vers. nec in se posse. distinct. 9. c. cum omnes 6. vers. cum igitur. extr. de constit. c. pro illorum 22. §. quia verò. vers. cum nobis Legem. extr. de prebend. & dignit. vid. & Dan. Moller. in Constit. Saxon. p. 3. constit. 38. n. 2. ubi Reinhard. Rosa in addit. Matth. Berlich. p. 3. concl. 51. n. 3. Jac. Thoming. decis. 26. Carpz. P. 3. Constit. 38. Defin. 1. n. 10.

II.

Retorsione facta, cessat contumelia, l. quæ omnia 28. ff. de procurat. Unde sequitur, quod adhibito uno nempe retorsionis remedio, alterum, quod est actio injuriarum, amplius competere nequeat. Harprecht. ad §. hac actio 12. n. 78. Inst. de injur. Carpov. Part. 4. Constit. 46. Defin. 10. num. 6. quia cessante causa cessat effectus, qui est actio ipsa, cap. etsi Christus 26. extr. de jur. jurand. cap. cum cessante 60. in princ. extr. de appellat. cap. cum infirmitas 13. extr. de pen. & remission.

III.

Retorsio non infamat eum cui insinuat. Remm. de jure retors. p. 140. seqq.

CAP. LXIIX.

Retractatio, Retrotractio.

Axioma I.

Retractari id, quod semel legitime factum est, ex supervenienti casu non debet, l. i. ff. de irin. actu privat. l. donationes in concubinam 31. ff. de donat. cap. factum 73. de R. I. in 6. Carpov. P. 3. Constitut. 28. Defin. 8. num. 7. neque etiam, quod semel bene definitum est, retractari debet, nisi ubi major autoritas fuerit, cap. quod bene 6. q. 4. hinc nunquam retractationem locum habere in præjudicium juris, quod interim fuit quæsitum alteri ex l. honorum. 24. l. si indebitum. §. i. rem. ut. hab. not. Afflict. decis. 286. Hartm. Pistor. 3. quest. 24.

II.

Ut retrorahatur quid, per fictionem contingit, & propterea nunquam admittitur: nisi quando æquitas hoc svadet; ea verò cessante, nihil retrorahitur, l. postliminium 19. cum ibi allegatis de captiv. & postlimin. revers. Hartm. Pistor. lib. 3. q. 24. num. 16. Retrotractio quoque actus fieri nequit in tertii præjudicium. Hinc princeps post mortem institoris non potest in præjudicium heredum ab intestato confirmare majoratum, Perez. C. de præpos. sac. cubic. num. 7.

(X) 4

CAP.